



## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

A Clemente XI. Ad Benedictum XIII.

**Luxemburgi, MDCCXLI.**

91. Cum Sacra Congregatio &c. Decretum quo duo Summaria typis  
impressa, ut continentia nonnullas Indulgentias falsas, apocryphas, aut ab  
Apostolica Sede revocatas, prohibentur, eorumque usus ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74859](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74859)



neque Indulgentias, nisi certo Personarum generi concessas ut Confraternitatibus, Regularibus, & Capitulo, aut certum pium opus in ipsa Ecclesia peragentibus, ut Litaniis, aliisque huiusmodi recitantibus, de iis, qui Christianam Doctrinam erudiantur, vel alios erudiant, & qui Sanctissimi Eucharistia Sacramenti expositioni cum oratione quadraginta horarum intersint, neque Stationum Urbis, & septem Altarium Indulgentias ad instar septem Altarium Basilicae Vaticanae concessas neque deum, quae pro unica vice conceduntur. Ceterum si alia Indulgentia sive plenaria, sive non plenaria in perpetuum, vel ad tempus, tum ab eodem, tum ab alio Romano Pontifice generatim Christianis Ecclesiam, vel aliquod eius Altare, seu Cappellam visitantibus eodem die vel diverso concessa fuerit, de qua non fiat in literis Apostolicis mentio, has literas ob dictam clausulam esse prorsus irritas, ac nullas: ut expresse habetur in Decreto ab eadem Sacra Congregatione de super edito die 23. Junii anni 1673. Postea tamen eidem Sacrae Congregationi delatum fuit, non paucos esse, qui praedictum Decretum non recte intelligentes sibi suadent, quod si in aliqua Ecclesia jam concessa reperiantur Indulgentiae, quae pro festis sextis mensis Martii dari solent, & postea in eadem Ecclesia alia Indulgentia concedatur cum appositione in Brevisupramemoratae clausulae: *Volumus autem &c.* Indulgentia, quae postremo loco data est, valida sit. Qua propter, ut omnis in posterum erroris occasio auferatur, eadem Sacra Congregatio habita die 18. Aprilis anni 1716. declaravit Indulgentiam ultimo loco ita concessam ob saepe dictam clausulam *Volumus autem &c.* literis Apostolicis insertam, esse nullam. Datum die 11. Septembris 1716.

L. Card. Picus Praefectus.

Raphael Cosmus de Hieronymis Secret.

## D E C R E T U M.

X.

Quo Summarium quoddam Indulgentiarum Regularibus Ordinis Sanctissimae Trinitatis Redemptionis Captivorum Christianorum concessarum, ut continens quamplurimas falsas Indulgentias, prohibetur, ejusque usus interdicitur.

**D**ecet Sac. Congregationem Indulgentiarum Sacrisque Reliquiis praepositam Indulgentias aut revocatas, aut falsas, & apocryphas detegere, atque prohibere, ut quae verae sunt, à Fidelibus dignoscantur, & circumspectè prospicere, ut omnis in re tam sacra turpis quaestus prorsus eliminetur.

Maturè itaque perpensò Summarium quoddam Indulgentiarum, quod inscribitur: *Breve Sommario delle principali grazie, & Indulgenze concesse alli Religiosi dell' Ordine della Santissima Trinita della Redenzione de Schiavi Christiani: delle quali godono tutti quelli, che portano il Scapolario, o vero Abitino, e visiteranno le Chiese, o Cappelle di detto Ordine, le quali Indulgenze sono state approvate da Sommi Pontefici, e di nuovo della fel. mem. di Papa Innocenzo XII., come si vede nella Bolla spedita l'anno 1693.* Et excipit sarranno privi di guadagnare le predette Indulgenze: impresso Neapolis anno 1716., in quo Summario, nedum quamplurimae Indulgentiae falsae continentur, verum etiam contra Apostolica Decreta pro earundem Indulgentiarum affectu pecuniae solutio praescribitur. Sacra eadem Congregatio die 20. Decembris anni 1718. dicti Summarii Neapolis, ut supra impressi, vel denuo ubicumque imprimendi usum interdixit, illudque prohibuit sub poenis in Indice librorum prohibi-

torum contentis. Insuper declarando, nullis aliis Indulgentiis frui posse Confraternitates erectas, seu imposterum erigendas sub titulo Sanctissimae Trinitatis Redemptionis Captivorum, nisi illis, quae habentur in Summario alias Romae impresso, & ab eadem Sacra Congregatione approbato die 31. Januarii 1675.

Quibus per me Secretarium Sanctissimo Domino Nostrò relatis, Sanctitas Sua Sententiam Sacrae Congregationis approbavit. Datum die 22. Decembris 1718.

J. D. Card. Parraccianus.

Raphael Cosmus de Hieronymis Secretarius.

Die 24. Decembris 1718. supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad vobis Basilicae Principis Apostolorum, Montis Cimatorii, ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Bartholomaeum Cammili Apostolicum Cursorem.

Joannes Triphelius Mag. Curf.

## D E C R E T U M.

XI.

Quo duo Summaria typis impressa, ut continentia nonnullas Indulgentias falsas, apocryphas, aut ab Apostolica Sede revocatas, prohibentur, eorumque usus interdicitur.

**C**um Sacra Congregatio Indulgentiarum, sacrisque Reliquiis praeposita, re maturè perpensa,prehenderit, nonnullas Indulgentias falsas apocryphas, aut ab Apostolica Sede revocatas contineri in Libello impresso per Carolum Josephum Astorinum anno 1712. Papiae, & Laude Pompeja, cui titulus: *Compendio della Regola del Terz'Ordine de' Penitenti del Serafico Padre S. Francesco confirmata da Papa Nicolo IV. nuovamente per commodità de Terziarii, e Terziarie, che oggidì si trovano sotto la protezione del medesimo Santo Padre, ristampato ad istanza delli Fratelli, & Sorelle di detto Ordine, eretto nell' Insigne Chiesa di S. Francesco di questa Città di Lodi, con l'aggiunta d'una breve notizia dell' Indulgenze, favori, & privilegi più conspicui concessi da Sommi Pontefici à quest'Ordine: & in quoddam Summario Indulgentiarum, edito Ulyssipone anno 1681. Typis Antonii Craesbech de Mele, quod inscribitur: *Summario do Thesouro Cestial das Indulgenças, graças, facultades, & privilegios concedidos por mystros Romanos Pontifices ao Sagrado, & Apostolico Hospital de Santo Spirito em S. Graço, & Apostolico Hospital de Santo Spirito em S. Graço da Cidade de Roma, confirmadas ora novamente pelo Sanctissimo Papa Gregorio XIII. noſso Senhor: as quaes se concedem pelos Commissarios, Collectores, Deputados por este Santo Officio, à todos, & cada hum dos Fieis Christaos, que quizerem entrarna Santissima Confraria da Casa, & Hospital de noſso Senhora da Victoria desta Cidade de Lisboa: Eadem Sacra Congregatio die 29. Januarii anni 1720. censuit, libellum supra enunciatum, praedictumque Summarium prohiberi, illorumque usum interdici debere sub poenis in Indice Librorum prohibitorum contentis. Quam Sacrae Congregationis Sententiam per me Secretarium Sanctissimo D. N. relatum Sanctitas Sua approbavit die 31. ejusdem mensis. Datum 14. Februarii 1720.**

J. D. Card. Parraccianus.

Raphael Cosmus de Hieronymis Secretarius.



1706.

*Die, mense, & anno, quibus supra supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Curie Innocentianae, & in Aede Campi Florae, ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Petrum Romolatum Apostolicum Curiaem.*

Jo. del Rè Mag. Curf.

## DECRETUM.

XII.

Quo statuitur, ut pro aggregationibus Archiconfraternitatis Almae Urbis, seu potius pro illarum expensis nihil ultra unum scutum aureum recipi valeat.

**A**D tollendos nonnullos abusus, qui in expediendis literis patentibus aggregationum Archiconfraternitatis Almae Urbis retroactis temporibus irreperant Sacra Congregatio Indulgentiarum Decreto edito die 6. Martii 1608. approbante san. mem. Paulo V. statuit, atque decrevit, ut pro expeditione praedictarum literarum aggregationum, seu potius pro expensis desuper faciendis, nempe pro pergamina, scriptura, sigillo, capsulis, cordulis, cera, Secretariis, Notariisque labore, vel mercede, aliisque omnibus quibuscumque nihil omnino ultra scutum unum aureum pro singula aggregatione, institutione, vel confirmatione quovis praetextu, aut colore etiam meræ elemosynae exigi, aut recipi valeat, sub poena ipso facto incurrenda nullitati aggregationis omniumque Indulgentiarum, & spiritualium gratiarum in aggregationibus contentarum, cum privatione etiam facultatis aggregandi, & privatione pariter Officiorum, & inhabilitate ad eadem Officia in posterum obtinenda pro Ministris, Superioribus, Officialibus, aliisque contra praedictum Decretum facere praesumentibus; quae à nullo alio, nisi à Romano Pontifice pro tempore existente remitti valeat, aliisque etiam sub gravioribus poenis arbitrio ejusdem Romani Pontificis pro tempore existentis imponendis. Ne autem longo temporis decursu praedicti Decreti oblivio induci, ac denuo abusus irreperere possint, Sacra Congregatio Indulgentiarum, Sacrisque Reliquiis praeposita habita die 9. Aprilis 1720. decrevit, atque mandavit singulis Ordinibus, Religionibus, Institutis, & Archiconfraternitatibus, eorumque Superioribus, Ministris, atque Officialibus quocumque nomine nuncupatis, ut pro expediendis literis patentibus aggregationum, seu potius pro illarum expensis quibuscumque nihil ultra unum scutum aureum sub quovis praetextu, aut quaesito colore etiam à sponte dantibus, aut titulo elemosynae recipere audeant, aut recipi permittant sub iisdem poenis contentis in supra memorato Decreto edito die 6. Martii 1608., ne Confraternitates aggregandae sumptibus nimium graventur, & ut omnes intelligant, caelestes Ecclesiae Thesaurus non quaestus, aut alicujus lucris causa, sed ab pietatem Fidelium excitandam ex Apostolicae Sedis benignitate aperiri. Quibus per me Secretarium Sanctissimo Domino Nostro Clementi XI. relatis, Sanctitas Sua Decretum Sacrae Congregationis approbavit, & in omnibus executioni mandari iussit. Datum die 10. Aprilis 1720.

J. D. Card. Paraccianus.

*Raphael Cosinus de Hieronymis Secret.*

*Die, mense, & anno, quibus supra, supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Curie Innocentianae, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis, ut moris est, per me Josephum Badialem Apost. Curf.*

Jo. Triphellius Mag. Curf.

Ballarium Romanum Continuatio Pars II.

1714.

## DECRETUM MEMORABILE

Sacrae Congregationis Eminentiss. & Reverendiss. DD. Cardinalium Ad Indicem Librorum, eorumque prohibitionem, expurgationem, & permissionem in universa Christiana Republica à Sancta Sede Apostolica specialiter deputatorum.

## DECRETUM

Sacrae Indicis Congregationis Decreto damnati, & prohibiti fuerunt infra scripti Libri quicunque, & quocumque idioma impressi, imprimende; Nemo cujuscumque gradus, & conditionis eos imposterum vel imprimat, vel legat, vel retineat. Si quis interim habuerit, Inquisitoribus, seu Locorum Ordinariis à praesentis Decreti notitia tradat, sub poenis in Indice Librorum prohibitorum contentis.

## LIBRI SUNT,

**A**ctorum Eruditorum, quae Lipsiae publicantur, Supplementa, Tomus IV. Lipsia MDCCXI.  
La Coscienza illuminata dalla Theologia di San Tomaso d'Aquino, ristretta, e volgarizzata dal Conte Gio: Battista Comazzi. In Colonia. 1711.  
Disputatio perjuranda, qua Anonymus probare nititur Mulieres homines non esse: cui opposita est Simoni Gedicii Sacros. Theologiae Doctoris Defensio sexus muliebris, qua singula Anonymi argumenta, distinctis Thesis proposita, viriliter enervantur. Editio novissima. Hagae Comitum Cl. MDCLXIV.  
Divine vision, & Relation des trois Etats, l'Ecclesiastique, le Politique, & l'Oeconomique: laquelle Moi Jean Engelbert, de Bronsvvic, ai vue de mes yeux, & veillant, étant à Vvinsem, au pais de Lunebourg l'an 1625. Ecrite pour une seconde fois à Embden l'an 1640. par l'Auteur même en Allemand, & traduite en François pour l'édification &c. à Amsterdam Cl. MDCLXXX.  
De Fabulae Equestris Ordinis Constantiniani Scipionis Maffei Marchionis Epistola; Tiguri 1712.  
Histoire du Regne de Louis XIII. Roy de France, & de Navarre &c. Par M. Michel le Vassor. Second. Edition revue, & corrigée à Amsterdam Tome premier MDCC. Second. MDCCII. Troisième MDCCIV.  
Jurisprudentia Ecclesiastica, seu Consistorialis Rerum, & Quaestionum &c. Definitiones succinctas, Jure Divino, Canonico, & Civili, Constitutionibus, & Ordinationibus Ecclesiasticis probatas, Rescriptis, Decretis, & Responsis Electoralibus corroboratas exhibens. Libr. III., Autore Benedicto Carpzou I. C. Consiliario &c. Hanoviae MDCLII.  
Liturgia, seu Liber precum communium, & administrationis Sacramentorum, aliorumque Rituum, atque Coerectionum Ecclesiae juxta usum Ecclesiae Anglicanae &c. Londini MDCLXXXI.  
De non speranda novâ Monarchia Dialogus. Ratisbonae An. Ch. 1681.  
Sacrae Theologiae Summa Joannis Duns Scoti Doctoris Subtilissimi, & Commentaria &c. Magistro Angelo Uulpes à Monte Piloso Ordin. Minorum Conventualium Authore &c. Tomus Secundus Partis Secundae. Neapoli 1633.